



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**In Causa Religionis Miscellaneorum Libri Tres In Diuersos  
Tractatus antea non æditos, ac diuersis temporibus,  
locisq[ue] scriptos digesti**

**Cochlaeus, Johannes**

**Ingolstadii, 1545**

**VD16 C 4328**

IX. Contra Confessione[m] Augustanam dicta Martini Lutheri & Philippi  
Melanchthonis Per Io. Cochlaeum collecta. August[a]e. Anno. 1530.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29563**

# MISCELLANEO

RV M LIBRI SECVNDI

Tractatus Nonus.

## CONTRA CONFESSIO

nem Augustanam, Dicta Martini Lutheri & Philippi Melanchthonis, per Iohannem Cochlaeum collecta, Anno,

1530.

## DE TRINITATE PERSONARVM

in una Diuina essentia, iuxta Decretum Nicenae synodi. Articulus I.



Philippus Melanchthon in locis communibus, Pauca exempla huiusmodi traditionum repetemus, e quibus estimari possit, id quod toties monet scriptura, nihil perinde pietati aduersari atque hominum doctrinas. In Synodo Nicena constitutae sunt quaedam poenitentiae formae, non pronuncio, quo spiritu decreuerint patres, At uideo bonam Euangelij partem, immouim germanam Euangelij obscuratam esse a traditione. Nam inde primum natae sunt satisfactiones. Obscurata est gratia, & quod Euangelium fidei tribuit, coeptum est satisfactionibus tribui. Quo quid est impium magis & perniciosius? Et his malis certe occasionem dedit Nicena Synodus.

Contra Nicenā Synodum.

II 2 Luthes



Dicta Lutheri & Philippi.

**Contra Homouision.** Lutherus contra Latomum. Nec est quod mihi obiectes hoc uocabulum Homouision, Quod in Nicena Synodo infœliciter à patribus receptum est. Et multi eorum, etiam doctissimi illud non receperunt, Hieronymus ait se nescire, quid latentis ueneni sit in literis & syllabis huius uocis.

Idem, De uotis Monasticis, ait quod in Concilio Niceno fides & Euangelium decreuerunt. Humanæ autem traditiones inualuerunt;

Ecce in Confessione prætexunt autoritatem synodi Nicenæ, Cui in alijs scriptis suis tam atrociter derogant, Philippus ait, per eam synodum obscuratam esse bonam Euangelij partem, imo germanam Euangelij uim, Lutherus calumniose ait Homouision infœliciter ibi receptum esse

**Hiero. in epi stola ad Damasum Patrem.** se, & à Hieronymo atq; à multis doctissimis refutatum. In confessione autem longe alia est de Homouisia Trinitate (ut uocat Hieronymus) sententia.

DE PECCATO ORIGINALI  
Articulus. II.

**Contra Baptistissimi efficaciam.** Philippus in locis communibus. Scriptura non facit differentiam inter Originale & Actuale peccatum, Nam & Originale actualis est quædam praua concupiscentia. Lutherus in assertionem ait articulo 2. Negare in puero baptisato remanens peccatū, est Christū & Paulum simul conculcare, Nec uult admittere ut illud quod remanet dicatur defectus & non culpa. Et pro insania habet, si libido etiā sanctorū parentū dū generant, nō peccatū sed defectus dicatur



dicatur. In articulo item Tertio, ait fomitem peccati ( qui remanet in baptizato ) impedire animam ab ingressu cœli, etiam si nullum assit peccatum actuale.

DE DVABVS NATV-  
ris in Christo. Art. III.

Phil. In Matthæum. Summa in Christo pauoris causa Contra diuinitatē Chris-  
ti.  
erat, q̄ sentiebat desertionem & iram diuinam, quando nutabat inter infernum & uitam. In eo pauore facta est desertio donorum in Christo & despoliatio charitatis, Nam subtrahente se diuinitate non flagrabat charitas.

Lutherus ad Vualdenses, negat & irridet Concomitantiam in uenerabili sacramento Eucharistiæ, & ait, Theologos incantare animam et diuinitatem in panem. In Confessione autem recte & religiose dicitur, q̄ duæ naturæ, diuina & humana in separabiliter in Christo coniunctæ sunt.

DE FIDEI IUSTIFI-  
catione. Art: III.

Phil. In locis communibus, Non charitas iustificat sed Contra ope-  
ra charitatis  
fides quæ Charitati antefertur. Luth. Contra Cochleū, Paulus urget maxime, operibus iustificationem omnino auferre & soli fidei tribuere. Item. In rebus conscientia sola fides totum est, operam nihil sunt, Idem de Capti. Babylo. Per solam fidem possumus cum Deo agere. Opera ille nihil curat, nec eis indiget. Idem in assertione. Neq̄ ueteris neq̄ noui Testamenti sacramenta, sed solâ fides iustificat.



Dicta Lutheri & Philippi  
**DE VERBO DEI ET**  
de Sacramentis. Art. V.

Art. 1.  
Contra 7. sa  
cramenta.

**L**Vth. In assertione. Heretica est, sed usitata sententia, sacra-  
menta nouæ legis dare gratiam illis qui non ponit  
obicem, Item. De capti. Babylo. Principio ( inquit ) negā-  
da sunt mihi septem Sacramenta, & pro tempore Tria tan-  
tum ponenda. Item ad Vualdenses scribens reprehendit eos  
( quos tamen super omnes alios Christianos in plerisque lau-  
dabat ) in eo, q̄ cum Romana & Papistica ( ut ait ) Eccle-  
sia Septem ponunt Sacramēta. Et ad senatum Pragensē  
dicit. Non esse unum sacramentum alio dignius, cum om-  
nia in uerbo Dei consistant. Idem in plerisque sermonibus per  
uerbum Dei iactat omnia Pontificum & Conciliorum  
decreta, tanquā humanas traditiones reiici. Atq̄ etiam  
Vniuersitates reiiciunt, Quas Lutherus pro ultima & nos-  
centissima Antichristi facie habet, & per Idolum Moloch  
præfiguratas esse dicit. Philippus in Didymo suo affirmat,  
eas non tam Papæ quā ipsius Satane inuentum esse, Quo-  
bus nihil sit nocentius aut impium magis.

Contra V.  
vniuersitates.

**DE BONIS OPE-**  
ribus. Art. VI.

Contra bo-  
na opera.

**P**Hil. In locis cōmunibus, Omnium opera hominum,  
quantūuis laudabilia apparent, detestabilia sunt peccata  
& morte digna. Eandem sententiam asserit Lutherus  
quoq̄ in articulis suis 31. et 32. q̄ iustus in omni opere bono  
etiam optime facto, peccet. Item. De uotis Monasticis ait,  
fidem & opera quā longissime inter sese distare & cōtra-  
rari, ut non possint opera absq̄ fidei iactura doceri. Eū ergo  
qui in Christum credit, non posse per ulla opera, quantum-  
uis mala, accusari. Item De Capti. Babylo. ait. Omnia ope-  
ra nra



ra nihil ualere apud deum, aut si quid ualeant, omnia tamen sint equalia secundum meritum, Et contra Catharinum ait, Christum instituisse, ut nullum sit peccatum nisi incredulitas, nec ulla iustitia nisi fides. Deniq; de libertate Christ. ait, Mala opera non facere malum uirum.

DE ECCLESIA. Art. VII.

**L**Vth. In assertione art. 27. Certū est, neq; Ecclesiam neq; Papam habere potestatem condendi articulos Contra Ecclesie & Conciliorum decreta, dei, neq; etiam leges morum aut bonorum operum. Et Art. 28. ait Non esse peccatum, agere contra Papæ & Ecclesie constitutiones, etiam si in ijs non erretur. Et Art. 29. sic ait, Via nobis facta est eneruandi authoritatem Conciliorum, & libere contradicendi eorum gestis, et iudicandi eorum decreta. Item, de abroganda missa, Quod absq; uerbo Dei ordinatur, non ab Ecclesia, sed à Synagoga satanæ sub nomine Ecclesie ordinantur. Ecclesia occulta est in spiritu & sensum creditur.

DE MINISTRIS VER-  
bi & Ecclesie. Art. VIII.

**L**Vth. ad senatum Pragensem. Cessent (inquit) hominum mendacia. Claues sunt totius Ecclesie & cuiuslibet membri eius tam iure quàm usu & omnibus modis, Et in assertione Art. 30. ait, Non aliquos, sed omnes articulos Iohannis Hus Constantiæ damnatos esse, ab Antichristo & suis Apostolis in synagoga illa Satanae, ex sceleratissimis sophistis congregata. Confessio autem malis quoq; potestatem clauium & ministerium Sacramentorum concedit, Quod Hus & Vuicleph negauerint.

DE



Dicta Lutheri & Philippi  
**DE BAPTISMO.**  
Art. IX.

Contra Bas  
ptima In  
tantum.

**L**Vth. de Capti. Babylo. Baptismus neminem iustificat, nec ulli prodest, sed sola fides. Idem. Contra Cochleū. Non sunt baptizandi Infantes, si uerum est eos non credere, ne irrideantur Sacramentum & uerbum Maiestatis, Et in quodam sermone, Baptismus (inquit) infanti nihil prodest nisi fidem propriam habeat.

**DE EUCHARISTIA.**  
Art. X.

Contra sa  
cram Com  
munionem.

**L**Vth. de Capti. Baby. ij soli digne communicant, qui tristes, afflictas, perturbatas, confusas & erroneas habent conscientias. Nam uerbum diuinæ promissionis huius Sacramenti, cum exhibeat peccatorum remissionem, secure accedit, quicumque peccatorum suorum uexatur siue morsu siue titillatione. Idem de abroganda missa. An non uides, omnes sacrificios idolatras esse, & toties idolatriam perficere, quoties sacrificant. Item ad Vualdenses. Non melior exhibetur ibi honor Christo quam fuit honor illorum qui genu flexo dicebant ei, Aue rex Iudæorum, forsitan igitur securius est, non adorare quam adorare, quia in adorando plus periculi est.

**DE CONFESIONE.**  
Art. XI.

Contra ses  
cretam Con  
fessionem.

**L**Vth. de Capti. Babylo. Admoneo Principes Babylos & Episcopos Bethauen, ut desistant, quosdam sibi referuat



referuare casus, Deinde ut potestatem audiendi confessionē liberā esse sinant omnibus fratribus et sororibus, ut peccator cuiuscūq; uelit sua reuelet peccata, Consulo item, ut omnes circumstantiā omnino cōtemnantur. Et in libro ad Francis scū de Sicking, Fidele consiliū meū hoc est, ut homo Christianus in tēpore Quadragesimę & Paschatis neq; cōfiteat neq; communicet, & cogitet sic. Propter hoc ipsum, quod homo, nempe Papa, præcepit, nolo facere, facturus autem essem, si non præcepisset.

DE PARTIBVS POENitentię. Art. XII.

**L**Vth. in assertionē. Tres esse partes pœnitentię, Cōtri Art. 5. tionē, Confessionē, satisfactionē, non est fundatū in sacra scriptura, nec in antiquis sanctis doctoribus. Vehemēter autē odi et sublatum uellēm hoc uocabulū satisfactio. Item, Contritio quę paratur per discussionē, collectionem et dete Art. 6. stationem peccatorū, facit hypocritā, imo magis peccatorē.

DE VSU SACRAMENTorum. Art. XIII.

**L**Vuth. Contra Cochlæum. Baptismus sine fide non iustificat, fides autē sine baptismo iustificat, Nulla igitur Contra reue  
rentiam Eus  
charistię. pars iustificatiōis tribui potest baptismo. Itē, De abrogāda charistię, missa cōtēnit obseruationē antiquā de nō tangēdo Eucharistiā manibus pphanis & de non sumendo eam post alios cibos. Item, De confessione, ait omnia peccata hominū, quę toto año fiunt, etiam si totus annus Carnis priuiū foret, in q̄ computatur & saltatur, non forent tamē tanta, quanta fiūt in ultima septimana Quadragesimę et in diebus Paschatis.



Dicta Lutheri & Philippi  
**DE ORDINE SACER-**  
dotali. Art. XIII.

Cōtra sacer-  
dotes no. 1c.

**L**Vtherus de Captiuita. Baby. Quinon prædicant, nec  
Luocant quidem ad prædicandū, Papistici sunt sed non  
Christiani sacerdotes. Itaq; horales & missales sunt sacerdos  
tes. Id est, Idola quædā uiua, nomen sacerdotis habentia, cū  
sint nihil minus. Quales sacerdotes Hieroboam in Betha-  
uen ordinauit. Item de abroganda missa, pro stercore habi-  
to illo ficticio caractere & oleo, & raso uertice, & uestitu  
Pharisaico istorum sacerdotum. Non em̄ Deo, sed Satanæ  
sacerdos est qui eiusmodi est. Proinde nihil in toto Mundo  
æque fugiendum detestandumq; esse arbitror (inquit) atq;  
speciosas huius sacerdotij laruas, missas, culturas, pietates et  
religiones, siquidem præstat publicum Lenonem aut latro-  
nem esse quam huius generis sacerdotem.

**DE RITIBVS ECCLĒ-**  
siæ. Articulus. XV.

Cōtra tem-  
pla & sacra  
uasa.

**L**Vthe. Contra Catharinū. Quinta facies Antichristi est  
illud egregiū p̄dendæ pecuniæ artificium, in struendis, ex-  
rigendis, locupletandis tēplis, Monasterijs, sacellis, altaribus  
& eius generis operibus. Omitto Calices, Imagines, uasa us-  
tensilia, aurea, argentea, lignea, tum uela, pallas, corporalia,  
& sine modo & numero ornamenta, lumina, lampades &  
siqua similia. Idem Contra statum Ecclesiasticū, Vbi alias  
habitaret Deus aut ubi maneret à Diabolo tutus, si sancti  
Episcopi non perfunderent & fumigarent lapides:

**DE SÆCULARI PO-**  
testate. Art. XVI.



**L**Vth. De sæculari potestate. Inter Christianos nec deus  
bet nec potest esse ulla superioritas, sed quilibet cuiuslibet  
æqualiter subiectus est. Item, Inter Christianos non potest  
esse gladius. Quare inter & sup̄ Christianos gladio uti non  
potes. Idem, In Capti. Baby. Scio nullū regimē legibus be  
ne gubernari. Phil. In locis communibus. Optarim etiā uti  
Christianos ea forma iudiciorum quā Moses prodidit. Itē  
plerisq; Ceremonijs. Præstaret enim uti Mosaicis illis quā  
cum gentilibus legibus, tum Papisticis ceremonijs. Idem su  
per epistolam Pauli ad Rom. in annotationibus. Si Papa  
aut alia potestas præcipit tibi inire bellum contra Turcas,  
ne obedias, quia est contra ius diuinum.

### DE EXTREMO IV,

Quicio. Art. XVII.

**L**Vth. in ferm. de diuite & Lazaro. Anima siue spiritus  
hominis nusq; quietē aut locū habet, ubi manere queat  
præterq; uerbum Dei, donec ad nouissimum diē ad claram  
Dei contemplationē puenerit, Quo circa sinū Abrahæ ni  
hil aliud esse arbitramur, quā uerbū illud Dei, quo Abrahæ  
promissus erat Christus, utpote, In semine tuo benedicent  
omnes gentes. Infernum autē arbitramur esse malā conscien  
tiam, quæ absq; fide & uerbo Dei est. In quam sepulta et cō  
clusa est anima extremū usq; ad diem, quo corpore simul &  
anima ad uerum corporeum Infernum homo detrudetur.

Quid sinus  
Abrahæ &  
Infernus.

### DE LIBERO ARBITRIO.

trio. Arti. XVIII.

**L**Vth. In assertionē, Liberum arbitriū post peccatū res  
est de solo titulo, Et dū facit quod in se est, peccat mor  
taliter

Art. 98.  
Omnia nes  
cessario eues  
nire.

kk 2



Dicta Lutheri & Philippi

taliter, imo simpliciter debui dicere, Liberum arbitrium est figmentum in rebus, seu titulus sinere. Quia nulli est in manu sua, quippiam cogitare mali aut boni, sed omnia (ut Viclephi articulus Constantiæ damnatus, recte docet) de necessitate absoluta eueniunt. Philippus in locis communibus. Quandoquidem omnia quæ eueniunt, necessario iuxta diuinam prædestinationem eueniunt, nulla est uoluntatis nostre libertas. Quid igitur? Nulla ne est in rebus contingentia, nihil casus, nihil fortuna? Omnia necessario euenire docent scripturæ. Et ego (inquit) nego uim esse ullam in homine, quæ serio adfectibus aduersari possit. Christianus igitur cognoscat, nihil minus in potestate sua esse quam cor suum.

DE CAUSA PECCATI.  
ti. Art. XIX.

**D**eum omnia operari bona & mala. **P**hilippus in annotationibus super epistolam Pauli ad Romanos. Certum est, omnia à Deo fieri siue bona siue mala. Dicimus autem Deum non solum permittere creaturis, ut operentur, sed ipsummet omnia proprie operari. Quemadmodum igitur confitemur, uocationem Pauli fuisse proprium opus Dei, ita & adulterium Dauidis, & saucia Manu, atque etiam proditione Iudæ, proprium opus Dei fuit. Deus enim omnia in omnibus operatur principaliter & effectiue. Luth. in assertione. Quomodo potest homo sese ad bonum præparare, cum nec in potestate sit suas uias malas facere? Nam et mala opera in impijs Deus operatur.

Art. 36.

DE FIDE ET BONIS OPERIBUS. Art. XX.

Luth. de X. præceptis. **S**upra, art. 4. & 6. declaratum est, quid de bonis operibus docuerint, Quoniam uero hic iactant scripta sua de X. præceptis.



præceptis, referenda sunt ex ijs quædam breuiter, quæ ipsi nequaquam seruât, sed in peius mutauerunt, sic enim ibi dixerunt, In diebus festis quinque peragenda sunt, Audire missam, audire sermonem, orare, offerre, & de peccatis conteri. Et in his omnibus sequi debet unusquisque, non suum iudicium aut opinionem aut deuotionem, sed ordinationem & potestatem Ecclesiæ. Ecclesia enim errare non potest. Quilibet autem in sua deuotione potest errare. Non est igitur tuum, propriæ inniti deuotioni aut cognitioni contra apertos Canones, qui propterea constituti sunt ad recte dirigendum populum. Hæc ibi.

DE CVLTV ET INVOCATIONE sanctorum. Art. XXI.

**L**Vth. In ser. de natiuitate Mariæ, ait sic. Nos Christiani sumus filij & hæredes Dei per Christum, Ideo sumus æque magni sicut Mater Dei, & sumus Mariæ fratres & sorores. Item. Per sanguinem Christi pariter mundati sumus à peccatis & in cælestia bona transpositi, si hæc ita sunt, sumus profecto æque sancti sicut ipsa est, Et tua oratio mihi tam chara est quàm illius. Cur ita? Quia si credis Christum habitare in te æque sicut in illa, poteris me tantum iuuare quantum illa. Item. In ser. de S. Cruce. Reliquiæ ( inquit ) nihil aliud sunt quàm deceptio populi, Deberent igitur omnino sub terra occultari, Vellem equidem nullam spinam coronam, nullam crucem sanctam ad lucem uenisse. Item. In Canone missæ non sanctorum sed Diabolorum nomina stare deberent, sicut & reuera Diaboli sunt. Item in ser. de Mammona, ait sic. Pro meritis S. Petri ne obulū quid

Blasphæmie  
in B. Virgine

Contra S.  
Crucem.

Contra S.  
Petrum.



Dicta Lutheri & Philippi

dem dare, ut me iuuare debeat, seipsum iuuare non potest,  
Quare mendicus quispiam utilior mihi esse potest quam  
S. Petrus.

Hæc exempli causa è plurimis paucula recitata sint, Ex  
quibus lector facili intelligit, quanta sit doctrinæ diuersitas  
in Confessione Augustana & in alijs Lutheri Melanchtho-  
nisq; & eorum complicum scriptis, E quibus nihil stabili-  
ter pro uera fide & religione Christiana colligi queat. De  
reliquis septem articulis, quos contra abusus addiderūt, bre-  
uitatis gratia nihil recito. Inconstantia enim & dissonantia  
eorum ex iam dictis unicuiq; satis patere potest, ut ab eis cas-  
ueat, & fidem suam super eorum doctrinam non fundet,

Esa. 36.

Luc. 22.  
1. Timo. 3.  
Eph. 4.  
2. Timo. 3.

Medicatur ei illud quod in Esaia habetur, Ecce confidis su-  
per baculum harundineum contractum, cui si innisus fue-  
rit homo, intrabit in manū eius & perforabit eam, Sed con-  
fidat potius & fundet se fidem ꝑ suam super illud uerbum  
Domini ad Petrum, Rogauī pro te ne deficiat fides tua,  
Et super illud uerbum Pauli, Ecclesia est columna  
& fundamētum ueritatis, Ne circumferas  
tur omni uento doctrinæ in nequis-  
cia hominum mente corru-  
ptorum, qui errant, &  
alios in errorem  
mittunt.

Scripta Augustæ. Die 3. Septemb. Anno 1530.

MIS